



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

V. Iac. Sadolletvs Episc. Carpent. Rodolpho Pio Episc. Fauentiæ S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](#)

& præstantiora multo, quæ tu in tuis habes doctrinæ & sapientie thesauris recondita, tamen unum volumen pro amicitia duxi esse mitandum: ut si forte tu alias curis impeditus, minus hæc ipsa cogitare in præsentis posse, mea sedulitate facilius admoneret. Si in hoc nihil suissiter necesse, ego tamè fungerer officio amicorum & benevolentissimi: ne lue scriberem quicquid talium rerum, quod non ad tuum arbitrium iudiciumque deferrem. Vale & nos rui amantissimos dilige. XV. Calend. Augusti, M. D. XXX

V.

I A C. S A D O L E T V S E P I S C. C A R P E N T.  
Rodolpho Pio Episc. Fauentie. S. P. D.

Proptera acceperas literas tuas, quas vñâ cum indice librorum tuorum iamdudum ad me misisti, cum me ad respondendum pararem, gratasque tibi agere intitulerem, quod laboris tantum mea causa suscepisses: factus interim sum literis amicorum certior, legationem tibi in Galliam decretam, teque primo quoque tempore itineris faciendo causa Roma exiturum es. Quæ res me renuit, quod minus ad te tunc darem literas, veritus scilicet, ne, si ad urbem missum, te minime ibi conuento, meas irritus labor & inanis diligentia existeret. Nunc cum arbitror, te (non enim certi quicquam postea hac de re cognoui) iam eò peruenisse quod fueris missus: eaque munera apud Regem obire, que tibi mandata sunt: non existimauit hoc à me officium iustum fane & debitum differendum amplius esse, quin & scriberem ad te, & tibi agerem pro tuo singulari erga me studio gratias. Est enim tua in me benevolentia cum aliis saepe locis atque temporibus, tum verò in hac cura & cogitatione copiosissimi indicis mittendi mihi planè perspecta: cum ea præfertim illud quoque indicet, nihil in tua insigni bibliotheca sic tibi sepositum esse, quod non idem mihi commune esse velis. Atque ego quidem hoc animo sum, ut liberalius tecum agi arbitrer, si quis tecum libros suos, quam si diuinitas communiceret, quanto scilicet doctrinæ & sapientiae, quam auri præstantior & preciosior est possit. Itaque nullo maiore beneficio cuiquam homini possum esse officielus. Cuius quando mihi copia & facultas abs te parata est, utrū equidem ea cum fuerit commodum, & cum tu ad tuos res uerius fueris. Interca autem quod mea gratissimæ natura memorisque voluntatis proprium est, & gratias tibi ago, & me e nomine non mediocriter tibi deuinctum confiteor: huiusque mea erga te voluntatis declaranda, si res tempusque tulerit, occasiōnem utique non prætermittam. Et quoniam qua copiis tibi erga me liberalitatē, eadem agere vti pergas, cum me alpes dete-

rum

utim tua imprimis virtus & constantia postular: pero à te pro'no-  
stra amicizia, si in Regia es, inque illis negotiis iam verfaris: cum  
mihi ibidem agenda res quædam sit, ad ius Ecclesiæ mæ  
mognopem pertinens: hominem mihi ut compieras & exercita-  
tum, & fiduciam, qui tibi notus aut familiaris etiam sit, & cui  
ego meum negotiorum committere rurò possum. Nam quominus  
dilecta opera hinc aliquem mittam, rei domestice angustis sanè  
probabor: & tamen confido, tua autoritate & gratia, quod cu-  
piam, quæ commode hoc modo posse consequi. Quod ut fa-  
cias, minime aliquid de eo referibas, magnopere te, omniq[ue]  
animi studio rogo atq[ue] oro. Vale. Prid. Idus April. M. D. XXXV.

## VI.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.

Francisco Guicciardino S. P. D.

**E**t ego te semper antea amauit, tuamque industriam, confi-  
dum, animi virtutem plurimi feci: tamen cùm modò veni-  
fici d' me Alfonius Sadoleitus frater, multaque mihi de te narra-  
uit, que infingenti tuam quandam erga præsentem eum, me-  
dicamentem benevolentiam, tum autem optimum in nostram  
enim familiam animalium declarabant. Crede mihi, amore eo  
quod pridem diligebam, vehementius etiam sum inflammatu*s*,  
magisque mea opinioni accessio de te facta est: quod perspexi  
hinc amicitia, que inter presentes quoque raro admodum  
evidet, eam à te erga absentes fanfumissimè conferuari: quo ge-  
nere laudis vix illum meo iudicio reperiiri matu*s* potest. Atque  
ego, qui cum aderam isti*s*, viuebamque vobiscum, quoque inter-  
du*s* apetu & sermonibus perfruebar, fauebam tibi maiorem  
modum, magnisq[ue] gerendis rebus hominem te imprimis ido-  
num esse arbitraber: nunc altero hoc tuae virtutis & humanita-  
tis præclaro testimonio confirmatus, habeo iam non quæ lau-  
daria te solum, ac diligam, verum etiam magis quæ admirer:  
quanto feliciter maiore admiratione digna virtus ea est, quæ pru-  
denter bonorum que iudicio, quam que popularibus laudibus  
expeditu*s*. Quid h[oc] in eisdem locis, eisdemque negotiis, quod  
terante faciebamus, versari vrumque nostrum continget:  
declararem tibi profecto benevolentiam meam: omnibusque  
moralibus faciliisque ostendarem, quam mihi chara esset & ne-  
cessitudo nostra, & dignitas atque amplitudo tua: nullumque à  
me officium nec fiduciissimi amici, nec coniunctissimi hominis  
dederat. Sed quoniam longe absum, magnisq[ue] locorum in-  
veniatis distracti inter nos sumus: cetera quidem amicitia: offi-  
cib[us] ex me prompta esse non possunt, quæ coram præstari so-